Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



110
102

dicerunt in verbo suo: et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem dni. Et elevavit manum suam super eos: ut prosterneret eos in deserto. Et ut deiceret semen eorum in nationibus: et dispergeret eos in regionibus. Et initiati sunt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorum. Et irritauerunt eum in adinventionibus suis: et multiplicata est in eis ruina. Et stetit phinees et placuit: et cessauit quassatio. Et reputatum est ei ad iustitiam: in generatione et generationem usque in sempiternum. dunsto Et irritauerunt eum ad aquam contradictionis: et vexatus est moyses propter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in labijs suis: non disperdidit gentes quas dixit dns illis. Et commixti sunt inter gentes: et didicerunt opera eorum